

Universitätsbibliothek Wuppertal

Linguarum Vett. Septentrionalium Thesaurus Grammatico-Criticus Et Archæologicus

Hickes, George

Oxoniae, 1705

Inhaltsverzeichnis

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-1559>

PRÆFATIO GRAMM. ISLANDICÆ RUDIMENTA, &c.

studio, doctrinâ, moribusque sapientem, qui id solum, quod honestum, bonum judicas, gloriæ mihi duco. Te, inquam, habere amicum non possum non gloriari; quem affecutum esse, quantum homo potest, naturam optimam rectè vivendi ducem, quibuscum in florentissimo illo Collegio per quadraginta annos conjunctior vixisti, ad unum omnes fatentur. Te laudant, quoties de Te loquuntur, ut tranquille, purè, & honestè actæ vitæ perfectum exemplum. Te, qui veritatis, & justitiae cultor es; qui non Tibi, sed aliis vivis; qui ad gravitatem humanitatem, ad morum sanctitatem comitatem & facilitatem ita adjunxisti, ut omnibus percharus sis; qui denique animo magno res humanas despiciens omnia Tua in Te posita esle ducis, humanoque casus virtute inferiores putas; meliorem prudentioremve virum aut fuisse quenquam, aut esse, aut fore negant. Ego qui multorum annorum consuetudine & familiaritate præclara hæc in Te esse cognovi, nequæo mihi temperare, quin ea quasi pleniore ore jam de Te prædicem: et si ea dicta esse, multoque magis in publicum scripta prodire, pro verecundiâ Tuâ Te gravius ferre & laturum esse certo scio. Sed ignoscas, quælo, quod hoc mihi assumpserim, ut clam Te hæc scriberem, atque cum maximo Tuo rubore etiam publicarem. Condonata mihi hanc unam injuriam, quæ quidem amoris, studii, & benevolentiae injuria est: imo cuius mihi auxtrix est justitia ipsa, quæ jubet, ut suum cuique tribuatur. Unam hanc noxam igitur mihi virtutibus Tuis provocato remitte, & si aliam unquam ullam admisero, occidito, hoc est, mihi admitto omnem amorem Tuum, sine quo vita mihi nequit esse dulcis. Restat porro, ut D. O. M. suppliciter rogem, ut Tibi det in leni, placidâ, & longæva senectute, bene, beateque vivere; & cum tandem excellens & humana contemnens animus Tuus è corpore excederit, ut facilis illi pateat ad Cœlum ascensus. Sic pro Te quotidie precatur

Londini VIII Calend. Maias.

A. D. M. LCC. III.

Tuus GEORGIVS HICKESIUS.



Index Capp. Grammaticæ Islandicæ.

	Pag.
Cap. I. <i>De Literis.</i>	3.
Cap. II. <i>De Declinationibus Nominum Simplicium.</i>	p. 8.
Cap. III. <i>De Declinationibus Compositis.</i>	p. 26.
Cap. IV. <i>De Motione Nominum Adjectivorum.</i>	p. 28.
Cap. V. <i>De Heteroclitis, seu Anomalis, item Defectivis.</i>	p. 38.
Cap. VI. <i>De Genere, Specie, Figura, Numero & Casu.</i>	p. 40.
Cap. VII. <i>De Pronomine.</i>	p. 44.
Cap. VIII. <i>De Verbo.</i>	p. 47.
Cap. IX. <i>De Participio.</i>	p. 67.
Cap. X. <i>De Adverbio.</i>	p. 68.
Cap. XI. <i>De Conjunctione.</i>	p. 70.
Cap. XII. <i>De Præpositione,</i>	p. 70.
